



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum II. Omnes anima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

496 Decret. Greg. Lib. III. Tit. XXXIX. Cap. II &c

CAPITULUM II.

Omnis anima.

P A R A P H R A S I S .

**E**x S. Augustino super Epistola ad Romanos desumptus hic textus fuit, quo jubentur subditi sua præstare tributa, quia, ut ait textus, hæc est probatio subjectionis.

S U M M A R I U M .

*Non semper ex annua præstatione censūs probari potest subiectio.*

**N**otandum. Probari quidem ex annua præstatione censūs subjectionem respectu illius, cui census talis, vel pensio annua præstatur; benè tamen communiter adverunt Autores, solam talem annuam præstationem ad subjectionem hanc probandanam non sufficere, cum ex alijs etiam causis & titulis ea fieri possit, prout ex dictis patet, nisi in solutione expressum sit, quod ea fiat ratione subjectionis; vel nisi hoc ipsum ex circumstantijs loci, temporis, perlacionum &c. præsumptivè appareat; ut si quis, in eodem loco, tempore, ac modo, quo alijs subditi in subjectionis signum, censem folvat, quia solutio indeterminata ex circumstantijs determinari debet, ut ait *Abbas in cap. ult. n. 4. de cauf. possess. & propriet.* & sic intelligi debet, quod dicitur in hoc cap. tributorum præstationem esse probationem subjectionis, si scilicet in solutione id expressum sit, vel circumstantiae concurrentes præsumptionem subjectionis denorent.

CAPITULUM III.

Scientes.

P A R A P H R A S I S .

Conquestus fuit Abbas quidam Gregorio Pontifici, quod Episcopus Mesiæ (hunc enim presbyteri nomine vult *Glossæ venie biev. presbyter*) novas cõluctudines,

census scilicet, & pensiones novas, &c. onera nova, velut imponere monasterium cui querela, ut satisfaceret Pontifice mandat Cantori Ecclesiæ Cchedula Stephano ut de querela hujus veritate inquirat, & si intellegat, quod ab anno fundatae talis Ecclesiæ, ex certa causa & authoritate Episcopi (ut advenit *Glossæ v. ab initio*) pensiones tales, & cõsuetudines onerosæ impositæ non fuerint, neque permitteas eas de non imponi.

S U M M A R I U M .

1. *Novi Census non sunt imponendum monasterijs, præter eos, qui in prima fundatione legitimè facta, imponi fuerunt.*

2. *Novi scilicet Census reales & propriæ, aut quos in suam utilitatem iussioni Prælati imponunt.*

**N**otandum primò. Prohibebit, ne novi Census, & pensiones, que in prima fundatione monasterij, legitimè modo hinc impositæ non fuerint, imponatur, cum enim talis Census sit onus reale, ad legem Diocesanam spectans, à qua exempta sunt monasteria, consequenter neque de his præstationibus & pensionibus operari debent. *cap. inter ceteras. cauf. 9. q. 3. & Glossa cap. dilectus 18 verbo deleg. jurisdict. u. Iud. Ord.*

Notandum secundum. Prohibebit, ne tum in hoc cap. ne Census novi reales Ecclesijs imponantur ab inferioribus Papal Prælati, ita ut juramentum de novo hoc. *Cap. 7. pro habetur* solvendo, non valeat, cum de in præjudicium Ecclesiæ factum *cap. gravis h. 2.* aut quos in suam utilitatem tantum Prælati tales imponunt, ut ne scilicet aratix, & libidini Prælatorum, Ecclesiæ tales exponantur: non autem prohiberi perfidium, & temporalium, ad vitam v.g. beneficiati duraturam, vel etiam ad brevem tempus pensionum impositionem, quæ ex juli